

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

TYMPANITIDE.

8

DISSERTATIO MEDICA
INAUGURALIS,

DE

TYMPANITIDE;

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, SS.T.P.

ACADEMIAE EDINBURGENAE PRAEFECTI;

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI Consensu;

Et NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE Decreto;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subijcit

GULIELMUS SCULLY,

HIBERNUS,

SOCIETAT. REG. MED. EDINENS.

SOCIUS EXTRAORDIN.

Homo, qui erranti comiter monstrat viam,
Quasi lumen de suo lumine accendat, facit:
Nihilominus ipsi lucet, cum illi accenderit.

ENNIUS.

Ad diem 24. Junii, horâ locoque solitis.

EDINBURGI:

EXCUDEBANT C. STEWART ET SOCIJ,

ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

1801.



VIRO OPTIMO,

RICHARDO SAUSE

DE CARRICK-ON-SUIR,

ARMIGERO,

LITERIS HUMANIORIBUS

ORNATO,

INTEGRITATE VERO VITÆ

AC MORUM SUAVITATE

ORNATIORI;


NECNON

FRATRI DILECTISSIMO,

DIONYSIO SCULLY,

DUBLINIENSI,

JURIS LEGUMQUE EQUIDEM PERITISSIMO;



HAS

STUDIORUM PRIMITIAS,

OB INNUMERA IN SE COLLATA BENEFICIA,

PIGNUS

PEREXIGUUM, SED SINCERUM,

ANIMI QUAM MAXIME DEVINCTI,

SACRAS

VULT

GULIELMUS SCULLY.

DISSEMINATIO MEDICAE

TROO OTTOMO

RICHARDO S. A. U. S.

DE GARIBOLDI ON S. U. S.

ANNO 1870

TYPANITIDE

STIPULANTE 1870

10. 10. 1870

Digitized by the Internet Archive
in 2020 with funding from
Wellcome Library

... ..
... ..
... ..
... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

DISSERTATIO MEDICA

DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

TYMPANITIDE,

AUCTORE GULIELMO SCULLY.

VIX datur forsan corporis humani cavitas, quâ aër, aequè ac aqua aliquando non invenitur. Si telam cellulofam, quâ totum corpus circumdatur, impleat et distendat, morbus, “Emphysema” seu “Pneumatosis” vocatur; quando in tubo alimentario effunditur aër, morbus, de quo hîc agendum est, prae aliis certè rarus, at ob fatalitatem medici attentionem quàm maximè promerens, formatur. “*Tympanias*,” “*Tympanites*,” appellatur, quia abdomen, dum manu percutitur, instar “*Tympani*” fonitum reddit; dicitur quo-

A

que

que à veteribus “Hydrops ficcus,” quoniam Asciten quodammodo refert; aëre verò, vix aquâ, in cavis corporis contento. A celeberr. Baillie discimus aërem haud rarò etiam cranio ipso inveniri: “It is not unusual” (inquit ille) “to find some of the vessels of the pia-mater filled with air.” § Aëris vesicâ urinariâ, utero et abdomine inclusi, multae inter auctores historiae traduntur. Hodie autem multùm dubitant medici, ane aër cavitate abdominis, seu intra peritoneum, unquam sine tubi alimentarii ruptura co-existente reperiatur: “With respect to this” (ait Cullenus celeberr.) “it is probable that the Tympanites *Intestinalis* is the primary disease, and the other (the *Abdominalis*,) only a consequence of the air escaping by rupture, or by erosion of the coats of the intestines, from the cavity of these into that of the abdomen. †”

A Culleno Nosolog. celeb. ita definitur: “Abdominis intumescencia tensa, elastica, sonora

§ Vide Baillie's Morbid Anatomy—p. 207.

† First lines—Vol. 4. p. 248.

ra; alvus adstricta; caeterarum partium
 macies.”

Species ferè innumeras variis auctoribus tra-
 ditas jurè repudians, duas sequentes solummodò
 protulit:

1. “ Tympanites (intestinalis) cum tumore ab-
 dominis saepe inequali, et cum rejectione
 aëris frequente, tensionem et dolorem le-
 vante.”

2. “ Tympanites (abdominalis) cum refonitu
 evidentiore, tumore magis aequabili, et e-
 missione flatuum rariore et minùs levante.”

De posteriori, ob causam jamjam allatam, et
 quoniam Chirurgiâ forsan optimè debellatur,
 non hîc est locus agendi.

HISTORIA.

Omniùm aetatum, temperamentorum regio-
 numque communis esse videtur; nec sexui par-
 cit. Ut plurimum gradatim cum abdominis mo-
 lestè distenti sensu, aliquando autem celerrimè

et ex improvifo adoritur ; haec frequentius fymptomata (quafi *Meteorismus* febrium exitui fuperveniens,) illa verò, ubi tumor pedetentim afurgit, idiopathica invenitur. Borborygmi frequentes, flatus ventriculi et inteftinorum, cum egregiâ aëris fufum-deorfum extricatione, tormina inteftinorum, dolores Colici, circa umbilicum potiffimùm urgentes et Coli tractum fequentes, morbum appropinquare annunciant. Mox autem tumor abdominis fenfim oritur, aequalis, diffufus fit ; ut plurimum verò inaequalis, et facculos plurimos referens. Adest voluntas, at fine potestate aërem dejiciendi, fed quando dimittitur, multò levatur aeger. Alvus adftricta eft ; aliquando, catharticis etiam valentiffimis propinatis, nec faeces nec flatus deorfum feruntur. Haud rarò, maximo cum fructu, ab infantibus emittuntur vermes.

Morbo porrecto, cibi appetitus languet ; animus moeftus et depreffus eft, omniaque peffima augurat ; fitis urget ; malè affimilantur ingefta ; pulfus parvi et debiles fiunt, nec fine magnâ praecordiorum anxietate fpirandique difficultate cubat

cubat aeger supinus; vomitus atque tussis lacescunt; corpus tabescit; denique ileus, vel tubi intestinalis gangraena, vel hydrops, vel hectica lethifera, miserum è vivis eripit aegrum.

Saepe verò aegro fors melior adest; si remedia bene administrarentur, et si diaetâ idoneâ utatur, felicius fit.

PROGNOSIS,

Quae à morbi diuturnitate, à causarum notitiâ remediorumque jamjam exhibitorum effectûs, symptomatum violentiâ et denique à viribus aegri affecti elicienda est. Quò junior sit morbus, quò leniora sint symptomata, quo demum integriores sint aegri vires, eò meliores sint spes. “Hic morbus,” (ait Hippocrates*,) “si juvenem invaserit, progressu temporis decedit; senem verò ad mortem comitatur.” Aliquando etsi remedia optima incassum administrarentur, tumor suâ sponte evanescit.

* De Morbis—Lib. 2. p. 485.

vanescit, nec sursum nec deorsum extricatur aër, at detumescit abdomen. Casum id genus ipsemet vidi Nos. Reg: Edin.: ubi post cathartica, antispasmodica omniaque remedia optima frustra exhibebantur, paucis diebus elapsis, sine ulla aëris extricatione, disparuit morbus. Ut plurimum (ut Profess. nostro clariss. Gregorio observatur,) ascitide lethali terminatur.

DIAGNOSIS.

Signa, quibus hic morbus dignoscitur, praecipua, sunt sequentia: intestinorum tormina, maximè circa umbilicum urgentia, doloresque lumborum cruciantes; venter in molem immanem distentus, murmura discurrentia sonitumque percussus edens, qui tamen pressus se illicò restituit quàm primùm amoveatur pressio. Aucta haec abdomen moles haud talem gravitatis vel ponderis sensum ac in ascite adfert; figura, mutato etiam corporis situ, eadem manet; in ascite tumor inum abdomen praesertim occupat, urina deficit,

deficit, et dyspnoea, corpore supino, magis forsan quàm in tympanitide urgeat.

A tympanitide verò abdominali haud ita facilè dignosci queat morbus noster; hîc sit mihi fas Profess. nostri celeberr. Duncan verba citare: “ The Tympanites intestinalis,” (inquit ille,) “ usually commences with a more unequal distension of the abdomen, especially about the great arch and flexure of the colon; the abdomen is indeed more unequally distended throughout the disease; the sound, resembling that of a drum, is less distinct, the patient experiences much greater relief from a discharge of flatus, in a case of tympanites *intestinalis* than in one of the tympanites *abdominalis*..*” In specie abdominali tumor aequalis, nulla in parte prominentior est; alvus liberior, faciliùsque quàm in intestinali remediis cenda

* Praelect. Clin. 1800.

da est; dejectionibus autem minùs levantur symptomata.

INSPECTA CADAVERA.

In omni ferè hujus morbi exemplo, ventriculus et intestina mirum in modum aëre distenti inveniuntur; “ ad hanc stupendam dilatationem
 “ proniora sunt coecum et colon, quae in non-
 “ nullis femoris crassitiem aemulantur.†” “ I
 “ have seen,” (ait scriptor ingenios.) “ two
 “ turns of the colon filling the whole abdomen,
 “ and compressing the small intestines, which
 “ were thickened, red and fleshy.*” “ Most
 “ commonly, (inquit Baillie,) “ where I have
 “ found air in the intestinal canal, I have found
 “ it in its small blood-vessels.”† Tunica intestino-
 rum

† Lieutaud. Synops. Tom. I. p. 139.

* “ System of Dissections,” by C. Bell—p. 16.

† “ Trans. of a Society for the improvement
 “ of Med. and Chirurg. knowledge.”—p. 207.

rum intima aliquando leviter inflammata videtur, et in omni ferè casu aquae intra Peritonaeum plus minúsve invenitur.

CAUSAE.

Summa est universi lex, pro cujus ratione sit supremi rerum arbitri constans voluntas, quòd res universae permaneant in statu suo quiescendi vel movendi uniformiter in directum, quamdiu à Causis Physicis ab illo non dimoveantur. Cur itaque effectus, ut v:g: tumor, morbus jam factus, perseveret, non alia indaganda est ratio; verùm cur nova mutatio, novus effectus superveniat, hujus causam aut *vim* immutantem quaerere, medicorum et physicorum est.

Mutatio in statu, situ, colore, figura, motu, aliisque phaenomenis corporis superveniens, “*effectus*” in genere vocatur, relativè ad causam ipsam producentem; et respectu medici illam observantis, est “*symptoma.*” Vis quaecunque illam mutationem producat, quatenùs ip-

sam producit, est hujus “ effectûs” vel “ symptomaticus,” “ causa.” Effectum dari sine causa, seu causam sine effectû, implicat absurdum. “Causa” (ait Mariott,) “ est id, quo posito solo ponitur effectus, et quo solo sublato tollitur.” In causarum indagatione effectus simplices à compositis apprimè sunt distinguendi; effectûs compositi causa simplex esse non potest; tot enim sunt causae, quot effectus; hinc exorta apud medicos divisio causarum in “ proximam” et “ remotam.”

Causae remotae à systematicis dividuntur in causas “ predisponentes,” et “ occasionales” seu “ excitantes.” *Causa predisponens* ea est, quae corpus magis obnoxium, seu magis aptatum causae excitantis actioni reddit; sic, si plures viri, aequè ut videntur sani, contagioni febris exponantur, alii paulò post aegrotant, dum alii sani maneant. Illi, ut loquuntur medici, febrim “ predispositi” erant; his verò aliter. Inter causas Tympanitidi praedisponentes enumerantur debilitas, laxitas quaedam fibrae muscularis; morbi quidam, velut Dyspepsia, Icterus, Febres,

(Pringle

(Pringle, à praematurè suppressâ seu opio Dyfenteria, seu febre intermittente cinchonâ, subito colon tumuisse observavit* ;) fabrica tubi alimentarii vitiata, ut Infarctus, Erosiones, Herniae, &c. Cachexiae, et id genus aliae. “*Causa occasionalis*” ea est, quae corpori prius praedisposito applicata, morbum ipsum, vel morbi causam proximam, inducit; qualis est, in casu jamjam allato, Contagio. Hae verò dantur, animi pathemata; bilis inopia, seu ex vulneribus vesiculae felleae (ut A. Stuart narrat)†, seu ictero oriens; ingestorum vitia; vermes &c. Dyspepticos aërem aliquando ingurgitare haud absimile videtur.

Quomodo hae causae ullam ex causis proximis mox enumerandis, vel morbum ipsum inducere valeant, dictu quidem difficile est; ut plurimum verò vi debilitante pollere videntur.

Praegressis omnibus, quae ad “*causae proxima*” veram naturam indagandam necessaria videbantur, de ea, secundum morem, nunc agendum

* Diseases of the army, p. 253.

† Philos. Transf. No 414, 1730.

dum est: “Causa proxima ea est, quâ positâ ponitur effectus, sublatâ tollitur.”

Usque ad Willisium veteres à flatibus in abdomine collectis tympanitidem repetere haud dubitârunt; in iis solis autem morbi ratione sufficiente non repertâ, ad alia animum convertere medici coeperunt. Hinc Willisius aliam protulit, cui tumoris origo est: “à partium et viscerum membranacearum inflatione—propter spiritus animales in fibras istas copiâ nimiâ adactos, ibidemque succi nervei vitio—à recessu impeditos, cui affectioni consequenter flatuum in locis variis aggestio, velut complementum accedit.”*

Hanc opinionem verò Morgagni verbis paucis convellit: “quasi vero,” (inquit, †) “fibrae circa membraneos tubos dispositae, cum ipsae inflantur, non horum cavitatem potius constringerent, distentionique resisterent.”

De la Font putat, “à vitiosâ et praeternaturali Bilis, et Succi Pancreatici inter se, vel cum pituita intestinali

* Pharmac. Rational. §. 2. c. 4.

† De Sed. et Caus. Morb. Epist. 38.

“ intestinali effervescentia seu fermentatione, in
 “ tenui seu duodeno intestino excitatâ, oriri fla-
 “ tus Hydropem Tympanitidem efficientes.”

Hodie autem quis illi concedet, Bilem reapse alcalinae, succum verò Pancreaticum acidae omninò esse indolis?

Littre porrò tympanitidis causam posuit in fibrarum atoniâ à minore fluidi nervei copiâ in eas influente, propter sanguinem per graves et diuturnos morbos (queis tympanites plerumque debetur,) parte spirituosa orbum, indéque faciliore aëris collectione, qui intestina distendendo, tumorem creat. † Haec opinio, magis verbo forsan quàm re, à theoriâ Culleni celeb. discrepat, qui argumentis ingeniosis* comprobat causam proximam esse atoniam quamdam fibrarum muscularium intestinorum, horumque constrictiones in quibusdam partibus spasmodicas; et

reve-

* Dissert. de Hydrope Tympanit. Genev. 1697.
 p. 103.

† Mem. de l'Acad. Roy. des Sciences. A. 1713.

‡ First Lines. Vol. 4, p. 257-S.

reverà si caufarum naturam nobiscum reputemus, alias tubum alimentarium, stimulo forsan solito abstracto, directè infirmantes; alias verò indirectè, à consortio egregio hunc inter alterasque corporis partes, inveniemus.

Causa proxima à Detharding prolata, quae “fanguineâ quâdam intestinorum inflammatione,”* morbi originem ducit, necnon illa, ab ingenios. Trnka de Krowitz (cujus “Historiam Tympanitidis,” maximo fructu perlegi,) proposita, aequilibrio, scilicet, inter actionem aëris elastici et resistantiam partium membranaearum intestinorum sublato, morbum tribuens, potiùs, me iudice, morbi effectus quàm causae habendae sunt.

Theoriis jamjam enumeratis ad aërem formatum solummodò respicientibus, hîc pauca de ejus generatione differere forsan haud abs re foret; opiniones verò adhuc prolatae, quae mihi attentionem merere praesertim videntur, hae sunt, quae “*assimilationis vitio*,” seu “*Gangraenae tubi*”
“*alimentarii*”

* Dissertat. de inflamm. Sanguin.

“*alimentarii,*” seu denique “*secretioni peculiari,*” illam tribuunt.

Et *imo.* Quoniam ingesta omnia, et fluida et solida, aërem contineant, cujus nimiae extricationi solummodò obstat assimilatio sana, cuius vel minimè doctrinà assimilationis hodiernà instructo obvium erit, quòd si malè absolvatur, seu à ventriculi debilitate, seu vitio succi gastrici, bilis, succi pancreatici, &c. fermentationem naturalem praeter modum augeri, seu forsan putrefactionem tubo intestinali occurrere, aëremque hoc modo extricari.

2dò. A gangraena tympanitidem aliquando oriri haud absimile videtur, si nobiscum reputemus emphysema, morbum, qui, respectu naturae, analogiam cum illo, de quo hîc agitur, intimam habet, in casibus haud quidem paucis,* ab eadem causâ originem duxisse; verùm enim verò nec desunt nobis historiae†, medicis maxima fide dignis traditae, quae solidorum dissolutionem

tympanitidis

* Vid. London Med. Obs. & Inquir. Vol, 3.

† Mead Mon. & Praecept. Med. c. 8. Lientard

Trnka de Krowitz.

tympanitidis ipsius aliquando esse causam clarè indicant.

3^{tiò}. Si exempla aëris intra corpus inveniemus, quibus nec ullum assimilationis vitium ; nec ulla, nedum minima, gangraenae vestigia aderant ; nec vis externa applicata erat, processum aliquem seu secretorium, seu saltem “ secretioni ” simillimum, pro aëris productione accidisse, concludamus necesse est ; alia enim origo animo concipi nequit. Morgagni Emphysematis historiam tradidit,* quae nos hanc opinionem admittere quasi cogit ; et Huxham casum narrat cujusdam, febre, cui Emphysema supervenit, decumbentis ; paucis verò diebus elapsis, emphysema evanescit atque aeger sanatur.† Hic forsan aliquis mihi objiciat : “ aerem, casibus allatis, à “ *putrefactione fluidorum,*” ut aiunt, “ oriri.” Si quidem opinio, quae physiologis hodiernis ut plurimum renunciatur : “ putrefactionem sanguinis,” scilicet, “ vitâ durante, aliquando occurrere,” magis quàm hâc, analogiâ accuratissima

* De caus. & sed. Morb. Epist. 28. Art 23.

† Lond. Med. Obs. and Inq. Vol. III. p. 33.

simè erecta, auctoritate maximè venerandà suffulta, sectionibusque confirmata, alicui placeat; esto. Exemplum verò habemus, Anatomico et Physiologo expertis. commemoratum, Emphysematis universalis, quo (ut verbis ipsissimis utar,) “ there was no sign of putridity whatever in the patient before death, and in pressing out the air in our examination after death, there was no fœtid smell to be perceived, even in the smallest degree;*” nec extrinsecùs, ut sæpe evenit, aërem ingredi credendum est, nam “ when inquiry was made, the patient could collect no injury nor violence whatever having been lately done to her chest, and upon examination after death, the ribs were all found to be entire.” Unde igitur aër hicce derivatur? Nonne magis cum oeconomia naturae generali concordat, “ Secretioni peculiari” aëris fontem tribuere, quàm ulli processui adhuc incompto? Nonne Philosophiae regulis meliùs congruit? Philosophià quidem naturali,

C

feu

* Transact. of a Society, &c. l. c. p. 205.

feu philosophiâ rei inorganizatae, ubi causae uniformes et simplices sunt, admittenda est Newtoni regula prima; sed in philosophia materiei vivae, feu organifatae, quoniam causae modo, genere et gradu actionis adeò sunt complicatae, quòd effectus idem non semper producitur à causis, ut videntur, iisdem, haud rarò evenit effectum similem à causis etiam dissimilaribus oriri. Quid de actione istâ, “ Secretione ” dictâ, novimus? Quid de formatione Bilis, Lactis, Puris, &c. intelligimus? Si Secretio enim fit processus, vasis extremis peractus, quo partium sanguinis componentium dispositio chemica mutatur, combinationesque novae formantur, nonne tam facile, imò facilius est intellectu quomodo aër formatur, quàm actio, quâ Bilis, Saliva, Lac, &c. sanguine preparantur? Aër enim, nec Bilis, nec Saliva, nec Secretio ulla, in sanguine, quâ aer, Bilis &c. inveniuntur.

Trnka,

* Frnka,* Astruc,† et Hunter,‡ aëris intra uterum inclusi historias varias protulerunt; et exemplis illis aërem secerni nemini dubium erit. Vesiculae aëris aliquando mesenteriiis porcorum, nec aëre externo, nec invicem communicantes, videntur; et talium marginibus pulmonum in homine, necnon vesiculae felleae, hepatis et spleni adnexarum, historiae variae ab anatomicis traduntur.¶ Nonne aër, avium plumis inventus, à vasis extremitatis pennae pulposae sanguiferis secernitur?§ In multis piscibus, vesiculae aëreae reperiuntur, quae à structura ipsa et physiologia piscium, aërem vasis exiguis in vesiculam distributis secerni demonstrant. || Plantae quoque quaedam, velut species aliquae “Fuci,” aërem gignunt; et Ingenhouz folia vegetabilium aërem emittere experimentis ingeniosis comprobavit.

Omnibus

* L. c. p. 18.

† Sur les maladies des Femmes.

‡ Hunter on the Animal Oeconomy, p. 206.

¶ Ibid.

§ Audi Praelect. ingeniosis. A. Monro, jun. traditas.

|| Physiology of Fishes, by A. Monro.

Omniſub demum perpenſis, ſeu ad Pathologiam corporis humani, ſeu morbidas oeconomiaſ porcorum mutationes, ſeu denique ad phyſiologiam aut piſcium aut vegetabilium reſpiciamus aërem tympaniticum à vafiſ ſanguiferiſ aliquando ſecerni veriſimillimùm videtur. Diſverſiſ igitur caſibuſ, fonti forſan vario aër repetatur; in uno “ Af-
 “ ſimilationiſ vitium,” in altero “ Gangrae-
 “ na,” et in tertio “ Secretio peculiariſ,” pro cauſâ habenda ſit.

Quaenam autem ſit natura aëriſ tympanitici chemica, adhuc fortaffe non conſtat; exempliſ diſverſiſ variare videtur; modò putidus eſt, modò odore omninò caret. Experimentiſ à Dre. Baillie inſtitutiſ, aër maximâ parte, ex “ Aëre
 “ fixo ” formabatur; gas “ Hydrogeniuſ ” omninò deerat.† Dr. Pearſon, Chemic. eximiſ, noſ certioreſ facit, eum ex “ Aëre fixo,” minore pro ratâ parte portione, et gaſe “ Azotico ” componi.* Combaluſier cujuſdam tympanitici
 hitoriam

† Tranſactions of a Society, &c. l. c.

* Ibid.

historiam profert, cujus abdomine secto, aër foetidus profilit, *flammamque lampadis manu suâ gestae restinxit.* ||

CURATIO.

Duo sunt medendi consilia :

1m. *Aërem collectum amovere ;*

2m. *Systematis vigorem renovando, aëris reditui obviâ ire.*

Quod ad primum attinet : spasmos variis intestinorum partibus aliquando existere longè certissimum est, et, annè morbi causae seu effectus habendi sunt, eos quamprimùm amovere omninò necesse est. Varia igitur “ *Antispasmodica* ” tympaniticis exhibentur, atque haud rarò eventu quam maximè optando ; inter ea *Asafoetida* locum primum meritò tenet. A. Monro *imus*, olim Prof. hujus Academiae digniss. historiam accuratissimam cujusdam tympaniticae Nosoc. nostro de-

decumbentis, quae, post multa remedia incassum exhibita, a safoetidâ sanabatur, literis prodidit.*

“ Tympanitidem ex febre praegressa ortam” (vidit Bergius) “ curatam clysmatibus ex A safoetida.

“ ʒij. quotidie semel bisve propinatis, adhibito simul Rheo quovis mane. †” Hic fortassè haud notatu indignum erit, quòd a safoetidam nupèr duobus aegris exhibitam ipsemet vidi; ambobus verò erat periculum infelix. Opium, propter vim quâ maximè pollet, unquam administrare fortassè non licet; Cullenus verò jure celeb. hac de re agens, inquit: “ and

“ it has been very properly advised, to give always the chief of Antispasmodics: i. e. an

“ Opiate, after the operation of purgatives is finished.” Nonne Hyoscyamus, remedium cum antispasmodicum tum laxativum, tympaniticis praesertim aptatum videretur?

Partium illis spasmodicè constrictis vicinarum motum peristalticum ciere, ad morbum sanandum multum proculdubio prodesset; huic con-

filio

* Edin. Med. Essays, vol 1.

† Mater. Med. tom. 1. p. 199.

filio “*Cathartica*” mitia, seu “*Laxantia*,” quàm optimè conveniunt, qualia sunt Oleum Ricini, flores Sulphuris, &c. à purgantibus verò fortioribus abstinendum est; inflammationi enim, imò forsan Ileo ipsi, originem aliquando praeberè haud absimile videtur. “*Enemata*” quoque, et praesertim quando tùm antispasmodica tùm laxantia sunt (velut “*Enema foetidum*” E. P.) saepies administrari debent. Nicotianae fumus, quibusdam laudatus, intestinis jamjam spasmodicis, maximo sine periculo exhiberi proculdubio non potest; emollientia seu relaxantia potiùs debent esse Enemata. Tempus quoque Cathartorum exhibendorum sibi attentionem vindicat, nimirum ne antè praebeantur quàm Spasmi remiserint, “*materiaque movenda*” (ut ait Combalusier,) “*fluxilis fuerit reddita.*” Fistula in recto saepè immittenda, ibique paulisper detinenda, à quibusdam laudibus, certè immeritis, cumulatur.

“*Carminativa*,” flatulentis affectionibus remedia usitatissima, alterum sunt à Catharticis adversus tympanitidem praesidium; leniora au-

rem

tem et quàm minimè stimulantia esse debent. Aqua M. Piperit. aliis forsan anteponenda est. Ol. carui, anisi, &c. guttae 5—10, pauxillo sacchari acceptae bis terve die, flatibus expellendis multùm saepè conferunt; in memoriâ verò tenendum est, quòd olea essentialia ferè omnia vi irritante pollent, ideòque summâ cum curâ propinari debent.

Balneum tepidum, quâ antispasmodicum proculdubiò; necnon frigidum, quâ tonicum (minimè verò aërem condensando, ut quibusdam veterum videbatur,) utilia inveniebantur.

Nuper in lucem protulit remedium tympaniticis quasi “Specificum”: *Oleum Cajeputae* nempe, foliis vel seminibus “Malaleucaae Leucodendron” distillatione paratum; India Orientalis oleum nobis suppeditat; transparens, subviride est, et odor et sapor acuti. Quaenam autem ei sit modus curâ tympanitidis operandi, multùm discrepant auctores; quidam antispasmodicâ, alii tonicâ, dum alii virtute utrâque gaudere opinantur; guttae 5—10, pro dosi bis terve die exhibeantur, etsi observandum est gttis.

15 pro dosi ter die frustra exhibitas mihi met
contigisse videre.

Remediis consilio primo aptatis nunc recen-
sitis, proximo loco considerandum venit, quâ
demum arte secundae, quam instituimus, inten-
tioni satisfiat. Quae huic indicationi maximè
inserviunt, ea sunt diaeta nutriens, exercitatio, et
remedia quaedam “Tonica” dicta.

Diaeta nutriens, concoctu facilis, minimèque
flatulenta esse debet; hinc à cibo inflante et fru-
gibus convalescens abstineat omninò oportet;
eâdem de causa potui communi, vinum aquâ di-
lutum optimè forsan conveniat.

“ Quòd ad idoneam corporis exercitationem
“ attinet, pro remedio roborante omni laude
“ major est, cum ad tuendam sanitatem si haec
“ naturâ bona est, cum ad reficiendas et reno-
“ vandas vires, si hae vel morbo vel pravo vitae
“ genere, vel aliis fortassè minùs manifestis cau-
“ sis, fractae vel exhaustae fuerint, tum quoque
“ ad sanandos plurimos morbos, qui à debilitate
“ generali vel speciali, suam originem ducunt,
“ vel quorum saltem debilitas pars magna est.”

Multa beneficia habet exercitatio ; secretiones et excretiones promovet, appetitui concoctionique favet ; modica esse debet, neque diutiùs porrecta, ne corpus defatiget ; ambulatio forsan, si finant ægri vires, aliis anteponenda est.

Tonica, ventriculi atque tubi alimentarii, vires adaugendo, corpus totum quàm maximè roborant ; horum autem præcipua sunt Cortex Peruvianus, “ Chalybeata ” atque “ Amara ”. Frigidarium quoque viribus roborantibus haud parvis pollet ; cautè verò utatur, neque donec systema multum vigoris pristini recuperârit.

FINIS.

